



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

18 Sponsalia per verba de futuro, an per carnis copulam subsecutam  
transeant in matrimonium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

matrimonium invito contrahere, quos ipsi domini, vel magistratus illis præscribunt, anathematis poenam ipso facto incurunt, *cap. nullus*, 36. q. 2. & concil. Trid. c. 9. de reform. matr. ead. sess. 24.

14. Sponsalia largo modo sunt non solum de futuro, sed ipsam mutui conjugali consensu dationem, quam sponsalia de presenti dicimus, ex quibus verum matrimonium contrahitur, nuncupamus, *cap. conjuges*, & *cap. qui desponsatam*. 27. q. 4. *cap. 3. loco de presump. c. 2.* & *cap. si de sponsal.* ¶ duo sed magis propria, ac frequentior sponsaliorum, & sponforum significatio sunt futurarum nuptiarum promissiones, quas de futuro appellamus, *c. nostrates* 30. q. 5. l. 2. ff. de sponsal. S. Thom. in 4. sent. dist. 27. Abb. in rubr. de spons. num. 3. & ibi Felyn. in princ.

16. Duæ enim sunt species sponsaliorum, una nuda, & simplex, quæ dicitur, cum sponsus sponsæ simpliciter promittit, quod eam ducet in uxorem, & è converso, *c. ad audientiam*, & *c. fin. eo. tit. ali.* verò firmata, quæ fit arrhis intervenientibus, vel pigrioribus loco arrharum datis, ut *l. fin.* & ibi Bald. in princ. C. spons. & licet à simplicibus sponsalibus pluribus ex causis abique incurso poenæ recedi possit, ubi sponsalia sunt jurata, arrha interveniente, & parte petente, iudex ad duplicatam restituendam tenetur condemnare resilientem sine causa, *gl. si. in c. gemma. de sponsal. d. l. fin.* & Tiraquell. in tract. consuet. p. 3. limit. 26. num. 4.

17. Recte autem contrahuntur sponsalia per verba de futuro ab his, qui matrimonium contrahere possunt, sed inter personas, inter quas matrimonium est prohibitum, etiam dicta sponsalia censentur

prohibita. *l. oratio. ff. de spons. exceptata* te, de qua cum matrimonium ante pubertatem contrahi non possit, *cap. puberes. extra de despons. impub. cap. unic. §. idem quoque eod. in 6.* & *instit. de nup. in prin.* sponsalia tamen de futuro ante pubertatem septimo anno completo contrahi possunt; *c. litteras*, & *cap. accessit. codit. de despons. impub.* Si verò ante septennium dicta sponsalia contrahantur, sunt nulla, nisi tacito consensu post septennium convalescant, *d. cap. accessit.* & *gloss. 2. in dicto cap. litteras*, & ibi Abb. in *cap. fin.* & *cap. duo pueri. eodem tit.* & tunc adveniente pubertate, potest etiam sine aliqua causa à prædictis sponsalibus recedi, *cap. de illis*, & *cap. attestaciones*, & ibi Abb. num. 5. de despons. impub. & Covar. in 4. lib. decret. Epit. 1. par. cap. 2. de atat. ad sponsal. requis. num. 2. si verò major septennio contrahit cum puella sex annorum, expectandum est, donec ipsa compleat septimum annum, ut *cap. de illis* 1. *cap. à nobis*, & *cap. duo de despons. impub.* & septennio expleto altero recusante iudicio tamen Ecclesiæ poterunt sponsalia dissolvi. *d. c. de illis*, & si verò, ubi etiam *gl. in v. iudicio, de despons. impub.*

19. Copula autem carnali subsecuta, sponsalia præcedentia contracta per verba de futuro olim de jure communi transibant in matrimonium per verba de presenti, *cap. veniens. il. 2. cap. ii.* qui fidem, *de spons. c. de illis*, & *c. per tuas. de cond. appo. nunc autem secus*, quia etiam carnali copula subsecuta, non transeunt in matrimonium, sed efficiuntur pura, ad quod teneatur Episcopus cognoscere, ¶ an possit etiam per censuram ecclesiasticam cogere renuentem ex sponsi ad